

existimabimus? Si à vastiore fera perrumpantur, sarcienda: si  
vetustate, imbrisq; corrupta instauranda; tantum abest, ut  
lucrum aliquod tancas impensas refundat, quin potius hæ nulla  
argenti vi superari queant. Hinc ipsos Magnates canum  
prædam fieri, vulgato iactatur proverbio. Idipsum Poëta-  
rum vulgus fabulæ involucro non invenustè notavit, dum  
Actæonem à canibus laceratum carminibus suis celebrant.  
Tantum quippè sumtuum ille in canes fecerat, ut extremos in-  
opiæ scopulos effugere non posset, postquam regias opes iugis tæ  
neuvyretikæ profudisset. Nam vero sine dolore & gemitu vix  
ac ne vix quidem cogitatione repetere possum damna illa, quæ  
privatorum fundis petulantia saltuariorum accersuntur. Quos  
ties vidimus agros concalcatos? quoties ingenuimus sata pro-  
trita? quoties doluimus hortos vastatos? novellas plantas fæ-  
dè confractas? ipsas vineas propemodium excisas? Et quæ-  
rat aliquis? Hæc omnia tam atrocia, tam barbara, tamq; ino-  
humana CUI BONO? Nisi forsitan gulæ inservien-  
dum, quæ proximum à regina pecunia imperij locum obtinens  
latè dominatur?

Ohe vos ventres servum pecus, ut mibi saepe

Bilem, saepè iocum vestri movere tumultus!

Sunt animalia cicura, sunt carnes in macello expositæ,  
bisce non exatiamini? Quousq; se porriget libido gulæ in ex-  
plebilis? Villarum, caularum, stabulorum septis non coërcen-  
tur: in silvas ipsaq; adeò ferarum spelæa evagatur: binc flu-  
minibus

B

minibus

ecit nominis  
mus planus  
, alios fuit  
e domus fit  
indulgentem  
is fata editio  
ccumbat. Tu  
, cuius habet  
diem, non es  
imus, sed mu  
enti aliquam  
daretur, quan  
frequentandi  
nucem; re  
rum. Ali  
ie vel regis in  
s. Quis in  
toribus, ma  
i stipendia, p  
cius gestum, p  
s generis; no  
orum in tu  
nini scindunt  
debris perdu  
redimuntur, p  
m parvo sup  
ceptu